J. VINCENTIJ GRAVINAE

DE ORTU, ET PROGRESSU JURIS CIVILIS LIBER,

Qui eſt Originum

PRIMUS.

AD CLEMENTEM XI. PONT. MAX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

NEAP. Ex Officina Bulifoniana MDCCI.
Superiorum permiſſu.

BEATISSIME PATER.

QUAE tria bona ſunt a divina providentia ſummis principibus ad optimum populorum regimen attributa, quaeque ſaepe in ſingulos diſpertita quidem adſpi-

DE ORTU, ET PROGRESSU JURIS CIVILIS.

QUoniam nihil eſt aliud jus civile, niſi naturalis ad Romanæ Reip. inſtitutionem relata, Romaniſque moribus, & literis explicata ratio: ideo ut juris curſum oſtendamus, ponenda eſt ante oculos Romanae Reip. facies, imagoque illius brevi oratione adumbranda ducto initio ab antiquiori P. R. diviſione, in patricios ſcilicet, & plebejos.

I. De Populo Romano, & ejus ordinibus.

Populi Romani ſumma, & praecipua diviſio ea eſt, quae a genere proficiſcitur, quaeque ipſum habet auctorem Romulum. Is enim delectis primoribus Civitatis, viris ingenuis, qui aetate, opibus, conſilio, auctoritate ceteris antecellerent; iis magiſtratus omnes, & di-

vi-